qualis et Fortis noster puer ille nobis natus et Filius datur Christus
Jesus, quippe qui si aliquid dicit ac praecipit in promptu id habet.
O puerum potentissimum! O puerum fortissimum qui per
quam fortis et respectu sui, et respectu nostri extitit.
Quae cum ita sint non immerito dum sermonem hunc claudo
ac finio JESULUM FORTEM vobis auditores omnium ordi-
num honoratissimi strenam pro more offero. Etenim quum au-
rum non habeam non possideam, gemmas non teneam, quum
insto mihi non tanta sit opum vis,

Quantum stagna Tagi rudibus stellantia venis
Effudere decusque quanto pretiosa metalli
Hermi ripa micat: quantis per Lydia culta
Despumat rutilos dives Pactolus arenas

Nec vos m. forte aliud quid desideratis, aliud quid exspecte-
tis. Ecce nonnisi rerum hunc omnium εὐαρχικὸν nos unicum
salutis nostrae Acropolin vitae proram ac puppim vobis om-
nibus ac singulis consecratum hodie volo ipseque ὁλοκαρδίως appre-
cor, ut contra omnia pericula et adversitates hujus mundi spe-
cialim a. ab hostibus cum spiritualibus Diabolo, morte, peccato,
inferno, mundo, tum corporalibus Tyrannis ac haereticis liberet,
ipseque se tanquam Fortis debellator ac divina ac omnipotente
virtute instructus hostes opponat. Vos modo ut rem paucis com-
plectar in hoc Forti unice fiduciam cordis vestri etiam ponite
ad hunc Fortem tanquam certissimum Asylum confugite, eun-
demque ceu fortissimum peccatorum vindicem metuite.

Ast siquidem tandem iustam exardescit in iram,
Quae quo lenta magis, hoc violenta magis.

Dixit
Johannes Christophorus Troppanniczy
Lesn-Pol.